



**P R O**  
**L I C E N T I A T O**  
**D I O A N N E L O P E Z**  
**D E M A R I A C A , E T S A L A Z A R ,**

PRESBYTERO CALAGVRRITANÆ DIOECESIS  
PROVISO APOSTOLICO IN QVODAM  
BENEFICIO CIVITATIS DE MEDINA SIDONIA  
DIOECESIS GADICENSIS.

C O N T R A

**D O C T O R E M**  
**D . R O B E R T V M R A M I R E Z**

**D E B A R R I E N T O S ,**  
**C A N O N I C V M D O C T O R A L E M**  
Almæ Ecclesiæ Cathedralis Gadicensis,  
prouisum Ordinarium in predicto  
Beneficio.

A

In

1. **I**N Ecclesia Parochiali ciuitatis Metinæ Sidoniz, Gadicensis Diocesis, vacauit Beneficium simplex per obitum cuiusdam D. Ioannis de Torres, de mense Februarij, anno 1650. tempore Santissimi Domini Innocentij X. Fœlic. Record. mensis [Episcopo Gadicensi non gaudente alternatiua] referuatus erat Sedi Apostolicæ, & dictus Santissimus, illud contulit D. Christophoro de Torres, quilibet instruxit contradictum D. Robertum prouisum ab Episcopo Gadicensi.
2. Decessit in Curia Romana prædictus D. Christophorus, per cuius obitum Sanctissimus Pater, & Dom. N. Alexand. VII. prouidit, & contulit dictum Beneficiũ D. Ioanni Lopez de Mariaca cum subrogatione in iuribus prædictorum duorum antecessorum defunctorum.
3. Virtute cuius prouisionis Apostolicæ agit dictus D. Ioannes de Mariaca ad corporalem possessionem, vel quasi, dicti Beneficij, & eius fructuum, reddituum, & prouentuum, sicuti in Litteris Apostolicis suæ prouisionis continetur, cum restitutione fructuum à dicto D. Roberto indebitè perceptorum, & qui percipi potuerunt, in quibus condemnari intendit tanquàm intrusum detentorem, simul cum expensis tanquàm iniustum litigantem.
4. Quo obiter acceptatio gratiæ Alternatiuæ mensium habita à D. D. Fr. Francisco Guerra, tunc Episcopo Gadicensi, de mense Martij, anno millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio, tempore D. Urbani Papæ VIII. in qua aduersarius innititur præterdens durare tempore dicti D. Innocentij X. successoris dicti D. Urbani, eo quia asserit in quibusdam asseritis litteris acceptationis alternatiuæ tempore dicti D. Urbani, subscriptis à dicto D. Episcopo, & in registro illius Secretariæ inuētis, contineri hanc clausulam defuturo. *Et aliam quam fortè Summi Pontifices successores concesserint, & publicari fecerint, & quod aliàs dictus D. Innocentius contulerit in eadem diocesi alia simplicia beneficia vacantia in mensibus, qui aliàs essent ordinarij; & similiter dictus D. Episcopus contulerit alia vacantia in mensibus, qui (Episcopo non gaudente alternatiua) essent Apostolici: ex quibus prouisionibus arguere prætendit obleruantiam vsus alternatiuæ tempore etiam prædicti D. Innocentij mediante acceptatione cum prædicta clausula facta tempore dicti D. Urbani.*

Quibus

5. Quibus non obstantibus ius D. Ioannis de Mariaca est in dubitatum, & ad eius demonstrationem hæc allegatio diuidetur in tres Articulos.

Primus, in quo agetur de exclusione manutentionis per remedium de interim ex aduerso præsentæ.

Secundus, in quo proponuntur fundamenta iustitiæ principalis dicti D. Ioannis de Mariaca super sua pronitione, & possessione, de qua agit, & tela aduersa diluentur.

Tertius super condemnatione fructuum ab eo petita.

### Articulus primus.

6. **A**Ntequã de iustitia principali agamus, aliqua attingemus de articulo incidente super manutentione per viam interim ab aduersa Parte præsentæ; quæ excluditur, & attendenda non est; nam in hoc iudicio non summariè, sed ordinariè, & plenissimè partes litigantes auditæ sunt, & approbationem fuerunt admittæ cum termino maiori quatuor mensum ad petitionem aduersarij, & secundum Doctores meliùs, & rectiùs sentientes iudicium de interim est fictio Doctorum, & non debet attendi præsertim in Tribunalibus Ecclesiasticis, propter fundamenta doctæ, & plenè tradita ab Episcopo D. Francisco Sarmiento, *Lib. 2. Select. cap. 13 per tot. præcipuè à num. 5. 6. & 9. & n. 12. vbi concludit. Ideò iustissimè Sanctissimi Pontifices suis rescriptis hæc iudicia possessoria sepius exstinguunt, ut de veritate principalis negotij, & proprietatis iure videatur; cum hodie possessoria iudicia potius lites inuoluant, quàm dirimant; maximè cum sunt valdè corrupta, ut supra ostendimus.*
7. Et in meliori Doctorum sententia remedium de interim est conscientijs periculosissimum, tam intentantibus, quàm iudicibus super illo pronunciantibus. Ioann. Guttierr. *conf. 6. num. 12. Gonçal. ad reg. 8. Cancell. glos. 15. §. 1. num. 90. Giouagn. conf. 4. num. 10. lib. 1. ipse D. Sarmient. d. lib. 2. cap. 13. n. 5. Posth. de man. obseruat. 81. num. 28.*
8. Præsertim quando illud agenti non adest iustitia super principali, ut rectè considerat D. Sarm. *d. cap. 13. num. 5. & cum eo Doro. Ioann. de Solorçano de iure ind. tom. 2. lib. 2. cap. 27. num. 8. ibi: Quamvis verum sit, quod vbi petitorij, ac possessorij fundamenta eadem sunt,*

sunt, & statim de illis in veròq; iudicio constare potest, non debet duplex iudicium formari, ex his, quæ grauius, & doctè tradit Sarin. omnino videndus lib. 2. Select. cap. 13. num. 5. & 6. ubi probat mortaliter peccare, & ad omnes expensas, damna, & interesse Pariteneris, tam litigantes, quàm iudices, & Aduocatos, & Procuratores, qui vbi ex causæ meritis notorium defectum proprietatis agnoscunt, in superficialiis, & dilatorijs remedijs possessorijs insistant, vel renunciant, & ius proprietatis Parri cui competere, reddere supersedent.

9. Et cum alijs Nogueroi alleg. 26. num. 396. vbi resoluit mala fide procedere qui in iudicio principali iustitia carens manutentionem petit, præsertim inter Ecclesiasticos, & in alleg. 28. num. 77. ex Abbat. Viuiano, Riccio, & decis. Roæ 42. num. 5. apud Posth. post tract. emanat. obseru. 18. num. 23. comprobatur. illic Præterea ex alio capite cessat dicta manutentio, etiam data quasi possessione in dicto Hæronymo (quæ non est) quia constat de defectu proprietatis ante institutionem.

10. Quod indubitabile est in hoc iudicio; extenore litterarum Apostolicarum prouisionis in fauorem D. Ioannis de Mariaca; & vbi aduersarius nulliter, & defacto possidet, seu (vt melius dicemus) detentat; & inquietatus fuit ab anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo, per dictum D. Christophorum de Torres, in cuius iuribus est sub rogatus dictus D. Ioannes de Mariaca; & quod notoriè ex actis constat notorius defectus iuris aduersarij in principali, prout ex dicendis in duobus sequentibus articulis manifestius demonstrabitur.

## Articulus secundus.

11. **I**N fraudem dicti D. Ioannis Lopez de Mariaca stat Regula 9. Cancellaria, aliàs 8. de forma acceptationis gratiæ alternatiuæ, in vltima eius parte, ibi: Illi verò, qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes litteras manu propria subscriptas, suoq; sigillo munitas, & in sua quisq; ciuitate, vel Diocesi datas, declarare, & litteras ipsas huc ad Datarium Sanctissimæ suæ trar. mittere teneantur: quibus ab eo receptis, & recognitis TVNC DE NVN, ET NON ANTEA, vti incipiunt gratia supradicta, decernens sic in præmissis omnibus per quoscumq; &c. IUDICARI DEBERE, ac irritum, &c.

Referunt

12. Referunt prædictam regulam ad litteram. Gonçal. *ad eam de m-*  
*mer reg. 8. post. 5. 7. proæm.* Melchior Lotter. *de Rebenefic. lib. 2. quæst.*  
*36 num. 1.* Castro Palao *oper. moral. par. 2. tract. 13. de benefic. disp. 2.*  
*puncto. 22. in princip.* August. Barb. *de off. & pot. Episcop. part. 3. alleg.*  
*57. reg. 9. num. 140.* Pyrrh. Corrad. *in praxi dispensat. lib. 10. in reg.*  
*Cancellar. reg. 9. pag. mihi 493. & in praxi benefic. lib. 3. cap. 6. num. 6.*

13. Formam litterarum acceptationis alternatiue secundum com-  
 monem praxim, & stylum Curie Romanæ, tradunt Fuscus *de vifit.*  
*lib. 2. cap. 28. num. 34.* Gonçal. *glos. 62. num. 33.* & remissivè ad eum  
 Nicol. Garcia *de benef. tom. 1. par. 5. cap. 1. num. 498.* Pyrrh. Corrad.  
*in prax. benefic. d. cap. 6. num. 18.* qui omnes DD. & alij ab eo relati,  
 quamvis apprimè versati in Curia Romana, & eius stylo, talem  
 clausulam præventivam ad futuros Pontificatus nõ afferunt, nec  
 de ea mentionem faciunt, & si necessaria esset, vel aliquem ope-  
 raretur effectum, non est verosimile, quod eam silentio pæter-  
 mitterent.

14. Et in nostro casu beneficium erat reservatum, quia Dom. Epif-  
 copus Gadicensis, non habebat gratiam alternatiue à dicto San-  
 ctiss. Dom. Innocentio (cuius tempore istud beneficium vacavit)  
 prout ex registris Datarie Apostolicæ, & probationibus testium,  
 & instrumentorum productorum in actis à D. Ioanne de Mariaca  
 patet; quin ab aduersario probata sit dicta acceptatio completa,  
 quamvis terminus quatuor mensium, & ultra, eisuerit concessus,  
 & litteræ supplicatorie expeditæ ad id probandum, cum ei in cum-  
 bat onus probandi, vt potè suæ intentionis fundamentum. Soccin.  
*de reb. benefic. lib. 2. quæst. 40. num. 74.* Addent. ad D. Greg. *decis. 94.*  
*num. 11.* Garcia *de benef. 5. part. d. cap. 1. num. 499.* Castro Palao *d.*  
*punct. 23. 5. 4. num. 8.* D. Episcop. Salmant. D. Ioann. Bapt. Valenc.  
 Velazq. *tom. 2. conf. 128. num. 94. & 95.*

15. Et non solum tenetur prouisus ab Ordinario vigore alternati-  
 ue eam probare; sed etiam residentiam veram, & personalem  
 Episcopi tempore vacationis. Gonçal. *vbi supr. glos. 43. ex num. 91.*  
 Garc. *d. cap. 1. num. 502.* & sic sæpe in Rota esse de casum testatur  
 Castro Palao *d. 2. pars. tract. 13. disp. 2. punct. 23. 5. 2. num. 12. vers.*  
*nihilominus,* & necq. hoc probatum est ab aduersario, nam testes ab  
 eo producti deponunt generaliter, non assignando diem, men-  
 sem, nec annum vacationis istius beneficii, cum deberent specifi-  
 cè de his omnibus deponete.

16. Quia prouisus Apostolicus satisfundat intentionem suam in  
 regula reservatiua octomèsiu, quam profè habet. *cap. ad decimas.*

& ibi glos. de. rest. spol. in 6. Alexand. Ludouic. postea Sanctissimus Dom. Gregorius XV. decis. Rota 182. n. 1. Goncal. glos. 8. num. 72. Cyriac. controu. 254. a num. 58. Dom. Episcop. Couarr. lib. 2. var. cap. 12. num. 4. & ibi nouissimè eius additionator Faria num. 26. alios referens.

17. Habetq; in sui fauorem supremam Pontificis autoritatè, qui est dominus absolutus, & vniuersalis omnium beneficiorum, & in eis habet plenitudinem potestatis, cap. 2. de prebend. in 6. cap. si gra- rioso, ubi glos. de rescript. eod. libi Clem. 1. et licet pend. cap. pastoralis. 7. quest. 1. Seiu de benef. 2. par. quest. 1. num. 25. & seq. Mandol. reg. 2. de referuar. quest. 2. num. 11. Malcard. de prob. tom. 3. concl. 1383. num. 18. D. Valenc. Velazq. d. conf. 128. num. 141.

18. Sufficit namque ei exhibere litteras Apostolicas, ex quibus prouiso in eum à Sanctissimo facti iustificatur, quin maiori iustificatio e indigeat. Peregrin. decis. 101. lib. 2. Putens decis. 231. lib. 2. D. Greg. XV. decis. 89. num. 4. & 5.

19. Vbi verò Actòr probauit intentionem suam, prouisus ab Ordinario suo debet probare suam exceptionem. Decius in cap. in presentia. Ex num. 48. de prob. Rota decis. 75. num. 1. & decis. 628. num. 3. part. 1. diuersi.

20. Neque dicto D. Roberto adiuuat exèplatio producta in actis quarundam litterarum ex secretaria dicti Dom. Episcopi Gadicensis, quæ videntur scriptæ in oppido eius Diocesis nuncupato de Chiclana cum clausula de futuro relata sup. num. 4. quarum virtute asserit, prædictum Dom. Episcopum acceptasse alternatiuam tempore Dom. Urbani VIII. & sibi prodesse ad reliquos Pontifices successores.

21. Nam respondetur, quod acceptatio gratiæ æternæ non potuit per dictas litteras fieri; nam eam data sonat. d. lunij anno 1643. & ex testimonio Authentico Antonij Ior. Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Notarij publici à D. Ioanne de Mariaca ex abundantia in actis producto, constat, quod in libro acceptationis alternatiuarum dicti Dom. Urbani, sub huius modi verbis continetur acceptationem factam à dicto Dom. Episcopo, videlicet, *Gadicensis, Franciscus Episcopus, vigesima octaua Martij* *1643. D. C. L. III.* & impossibile est, quod vigore dictarum litterarum scriptarum in dicta Diocesi acceptaretur alternatiua iam circiter tres menses antea recognita, & registrata in libro Datarie Apostolicæ simpliciter, & absque prædicta clausula de futuro.

22. Non est per solam scripturam dictarum litterarum factam in Gadicensi Diocesi

Dioecesi non probatur acceptatio gratiæ alternatiuæ, cum iuxta dictam *reg. 9.* Cancellariæ requiratur pro forma receptio, & recognitio facta à Dom. Datario, vt ex tunc, & non antea dictus D. Episcopus gauderet alternatiua, prout constat ex eius verbis relatis supra num. 11. & tradit Castro Palao à *disp. 2. punct. 23 §. 4. n. 1. ibi: Hac gratia alternatiua incipit habere effectum à puncto, quo acceptatio illius per Episcopum facta, recognita à Datario fuerit.*

23. Nec Episcopus potest prouidere virtute alternatiuæ, donec fides acceptationis eius ad Dom. Datarium peruenerit. Nauarr. *conf. 31. num. 1. de prebend. & ideò in Bulla reservationis mensium Apostolicorum, siuè Cancellariæ Pij V. ita cauetur. Episcopi, & Patriarchæ præfati intra tres menses à die publicationis conpitiandi se alternatiuam huiusmodi acceptare, vel recusare, coram No. arrio publico, & testibus declarare teneantur; alioquin lapsò crimestri, alteri a iura huiusmodi illis nullatenus suffragetur. Decernentes irritum, &c.* Et idem clarius dispositum extat in eadem regula Cancellariæ Santissim. D. Clem. VIII. tradunt Paul. Falsco *de visit. d. lib. 2. cap. 28. n. 31. c. tribus seqq. D. Episcop. Valenc. Velazq. d. conf. 128. num. 96.*

24. Vnde infertur in quolibet Pontificatu publicata dicta *reg. 9.* deberi in forma ab ea præscripta denouo acceptari ab Episcopis volentibus dicta gratia alternatiua gaudere, quin possit tempore D. Innocentij suffragari acceptatio facta tempore D. Urbani eius Prædecessoris;ahas incidere in incoueniens, quod recte in casu considerat Dom. Valenc. Velazq. *d. num. 96. Illic. Et hoc ad prouidendum, nescit in facultate Ordinarij, quando vacat beneficium, uti velle, vel non, considerata ipsius qualitate, quia præsumeretur esse in fraude, quæ adiumento ei esse, non debet. cap. sedes. & cap. ex tenore. de rescript. argum. cap. tuæ. de cleric. non resid. quia fraudibus non est indulgendum, sed obviandum. cap. ex parte in fin. de priuileg. l. infundo. ff. de rei vind. & nouissime post hæc scripta Hieronym. Gonzal. super *reg. 8. Cancell. de mensibus, & altern. glos. 63. ex num. 55. & faciunt tradita à Nicol. Garc. de benef. 5. part. d. cap. 1. num. 497.**

25. Deinde non suffragatur in nostro casu acceptatio alternatiuæ facta per dictum D. Episcopum Gadicens. tempore D. Urbani VIII. quia cum concessio alternatiuæ sit facta in regulis Cancellariæ, quæ expirant per mortem Pontificis, qui dictas regulas promulgauit, *o. fin. de consede. vacante. lib. 6. cap. si. gratiosè. 5. de rescript. lib. 6. & ibi gloss. Menoch. de arbit. casu 498. num. 3. & de præsumpt. lib. 4. quest. 40. Rota decif. 144. num. 10. part. 2. recent.* sic etiam per obitum Pontificis expirat alternatiua ab eo concessa in *reg. 9.* aliàs

aliás 8. inserta, vt constat ex illis verbis ad suæ voluntatis beneplacitum, & tenent in terminis Nauarr. *conf. 31. num. 2. de præbend. Gõç. glos. 12. num. 1. & 2. & glos. 50. num. 4. & glos. 58. n. 17. Castro Palao, d. 2. part. tract. 13. disp. 2. puncto 23. §. 5. n. 2. Aug. Barb. de off. & pot. Episcop. part. 3. d. alleg. 57. reg. 9. num. 190.*

26. Nec facit, quod in dictis litteris D. Episcopi Gadicens. extractis ab eius Secretaria ad sint verba, quæ possent importare acceptationem pro Pontificibus futuris: quia alternatiuæ concessio est quidam contractus inter Papam, & Episcopos, & Archiepiscopos, in qua Papa dat eisdem quatuor menses ordinarios Papæ predicti Episcopi, & Archiepiscopi duos menses ordinarios Papæ relaxant. *Gõçal. ubi sup. glos. 43. num. 107. & glos. 58. n. 14. Quesada sup. reg. 9. vers. fundamentum.*
27. Et est quidam quasi contractus initus ad instar societatis inter Papam concedentem alternatiuam, & Episcopum acceptantem, & ideò morte alterius finitur, sicut, & societas in perpetuū facta, *l. 1. l. nulla 59. ff. pro socio*, prout in terminis considerant *Garc. de benef. tom. 1. §. part. cap. 1. num. 484. optimè Gonçal. d. glos. 50. num. 5. Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib. 3. cap. 6. num. 11.*
28. Et semel acceptata est personalis, & expirat morte Papæ concedentis, vel Episcopi acceptantis. *Nauarr. d. conf. 31. num. 1. & 2. de præbend. Franc. Pauin. in tract. de potest. capituli Sede vac. part. 1. quæst. 10. num. 23. Gonçal. in §. 5. proæm. num. 13. & d. glos. 50. num. 4. & 6. & glos. 58. num. 17. & 20. Castro Palao, d. §. 5. num. 2. in princip.*
29. Vnde, dato, quod D. Episcopus Gadicensis, habuisset animum acceptandi alternatiuam non tantùm pro tempore Papæ viuientis, sed etiam futurorum Pontificum, si pariter non deceatur, quod Papa approbauerit Episcopi acceptationem pro futuris Pontificibus, solius Episcopi consensus non sufficit, cum in contractibus vitrò, citròq; obligatorijs simultaneus consensus requiratur ad hoc vt suum effectum contractus sortiatur, *l. 1. §. adeò. ff. de pact. li. continuis, l. 37. §. si hominem. ff. de verb. obligat. cum concordant.*
30. Et sicut priuilegium concessum, non dicitur perfectum, nec habet vires, donec is, cui conceditur, si absens sit, illud acceptet. *cap. 1. §. ex parte de concef. præbend. lib. 6. Alex. in l. qui absenti in princ. num. 3. ff. de cõf. Princip. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 185. à num. 30. sic similiter alternatiua concessa per d. reg. 9. Cancellariæ, minimè suffragatur Episcopis ante acceptationem formalem, & completam, debito tempore factam, & recognitam, secundum dictæ regulæ dispositionem, prout interminis tenet *Gonç. glos. 26. n. 11. & 12.**

Requi-



31. Requiritur namquē in omnibus actibus humanis à duorū voluntate dependentibus vtriusquē cōsensu, & acceptatio, *l. consensu ff. de act. & oblig. l. adiles ff. de adilit. edito. l. labeo. 19. ff. de verb. sign. per quam declaratur mens, ac voluntas. Rota decis. 7. in fin. & decis. 15. num. 4. de concess. prabend. in recent. Flam. Paris. de resign. benefic. lib. 10. q. 8. num. 23. tom. 2. Gonçal. d. glos. 26. num. 23 & 24.*

32. De consensu enī Papæ vt Alternatiua valeat, non docetur; & quod fortius est, neq; doceri potest moraliter; nam, vt dictum manet, alternatiua conceditur reguli: Cācellariæ expiraturis per mortem Papæ illas edentis, & in d. Reg. 9. declarat Papa requiri, quod Datarius litteras acceptationis recognouerit, & illi præsentatæ sint; & D. Datarius per simplicem præsentationem, & recognitionem nequit alterare formam concessionis Alternatiuæ, quæ secundum Pontificis intentionem, & juris dispositionem, tantum durat, quantum in humanis agit Pontifex, qui regulæ promulgauit, vt in principio regulati exponitur, ibi: *Quas etiam ex tunc suo tempore duraturas observari voluit, cum traditis supra num. 25.*

33. Confirmatur, nam sicut acceptatio alternatiuæ in vno Episcopatu facta non potest extendi, nec fieri ad alium futurum, & Episcopus translatus tenetur si alternatiua, vti voluit, eam de nouo acceptare ex natura rei, ac ratione subiectæ materiæ, prout in puncto tenet ex Gonçal. *vbi supr. glos. 58. num. 21. Garc. de benef. 5. p. c. 1. num. 484. ibi: Acceptatio verò Alternatiuæ per aliquem Episcopum facta cessat per translationem illius ad alium Episcopatum, & si vult alternatiua in nouo Episcopatu vtī, debet eam de nouo acceptare: nam prima acceptatio solum est quoad Episcopatum tunc obtentum: imò neq; potest fieri quoad Episcopatum futurum, vt ex mente regulæ constat.*

34. Ergo similiter, nec in vno Pontificatu poterit acceptari ad futurum, exidentitate rationis, quæ etiam eandem juris dispositionionem exposcit, *l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. si postulaueris, §. 2. ff. ad leg. Iul. de adult. cum concordantibus adductis à Cæsar. Argel. de contradiet. legit. q. 10. num. 115. Giurb. in consuet. Senat. Neapol. cap. 6. glos. 1. num. 13.*

35. Præterea comprobatur, quia alternatiua fauore reservationis incipit currere à die acceptationis, & recognitionis in Dataria Apostolica; vt euidenter denotant illa verba dictæ regulæ 9. illi. *Tunc demum, & non antea vtī incipiant gratia supradicta*, nam illa dictio *Tunc* denotat extremitatem temporis. *Clem. 1. de jur. patron. & ibi Vital. num. 24. l. Gallus, in princip. & ibi glos. verb. tunc. vbi DD. ff. de lib. & posthum. l. 4. §. fin. ff. de cond. & demonstr. Mandos.*

in rēg. 4. Cancellar. 9. 5. num. 5. & in rēg. 9. 9. 2. num. 2. Rota decis. 19.  
sub num. 1. & ibi Additio lit. B. de appell. in nou. & decis. 360. num. 2.  
p. 1. diuers.

36. Et est declaratiua, & demonstratiua temporis, cui adicitur, d.  
l. 4. s. fin. ff. de cond. & demonst. Decius conf. 314. num. 4. C. ffador. de-  
cis. Roræ 1. num. 3. de testam. Rota decis. 140 num 5 p. 2. Diuers. Aug.  
Baib. de claus. vsu freq. claus. 182. num. 2. & 8. vbi cum alijs tenet  
nullatenus fieri extensionem quando fuerit dictum tunc, & eo ca-  
su, non aliter, neq. alio modo, nam omnes hæ dictiones parificantur.
37. Præsertim stante illa dictione *Demum*, quæ est restrictiua, taxa-  
tiua, & inclusiua, l. ex duobus 34. in princip. ff. de vulg. & pup. sub st. &  
ibi Aretin. notab. 2. l. ita de num. C. de procur. Cardio. Tusch. lit. D.  
concl. 264. num. 1. tom. 2. Aug. Baib. de diction. vsu freq. dictione 85.
38. Et eo magis stantibus illis verbis, & non antea, quæ manifestè  
resistant acceptationi temporis antecedentis, in qua se fundat Ad-  
uersarius, & concludunt, quod ante acceptationem formalem, & re-  
cognitionem litterarum Patentium, Episcopus non potest vti alternati-  
ua, eo quod incipiat currere præcisè ab eodem momento, & non an-  
tea, prout in terminis dictæ Reg. 9. ponderando prædictas clausu-  
las, resoluit Gonçal. glos. 65. d. num. 1. vsq. ad 8.
39. Tunc quia dicta Reg. 9. affert secum decretum irritans, prout  
videre est in fine, ibi: *Decernentes sic in præmissis omnibus per quoscun-  
que & c. iudicari debere, ac irritum, & c.* quod decretum, quo ad om-  
nes ipsius Regulæ partes formam præcisam, specificam, & substan-  
tialem inducit. Glos. in Clem. 2. verb. nullo modo, de arat. & qual. Fe-  
lin. in cap. ex parte, n. 7. de const. Sanctil. Dom. Greg. XV. decis. 384.  
num. 9. Solorzano de iur. indiar. lib. 2. cap. 4. num. 83. & ex alijs Lom.  
Valenç. Velazq. d. conf. 128. num. 91. & in terminis dictæ Regulæ  
9. Pyrrhus Corrad. in prax. Benef. lib. 3. cap. 6. num. 18. in fine. Casto  
Palao de benef. d. disp. 2. punct. 13 §. 4. num. 2. vers. *Datarius*, ibi: *Data-  
rius verò receptas litteras recognoscit, recognoscit namq. an fuerint con-  
ditiones supradictæ in illis seruatae; cum enim omnes illæ sint pro forma  
requisita, & cuiuslibet illarum defectus eorum rescriptum vitiet. cap. cū  
di. cta. de rescript. exactè Datarius recognitionem facere tenetur.*
40. Formæ autem nihil detrahi potest, aliàs actus etiam in fauo-  
rabilibus conuenit. l. cum hi. s. si Prætor. ff. de transact. Bald. in l. fin. C.  
de suis, & legie. hered. & in casu prætenisæ alternatiuæ contra Proui-  
sum Ordinariū considerat D. Episc. Valenç. Velazq. conf. 128. n. 92.
41. Facit etiam stylus in concussus Romanæ Curis, quod omnes  
Episcopi gaudere volentes Alternatiua, licet in Pontificatu vnus  
Pon.

- Pontificis eam acceptauerint, eo mortuo, & publicata *dist. Reg. 9.* per Pontificem successorem, eam de nouo acceptant, tãquam nouam gratiam, qui stylus (quãdo aliquod dubium casus noster pateretur) sufficeret, vt pro lege seruaretur, *cap. ex licetis, de const. cap. quam graui, de crim. fals. Felin. in cap. ex parte. 1. d. num. 16. de rescripte.* Rota apud Cassador. *decis. 2. num. 4. ancefn. de locat. eadem Rota decis. 55. num. 2. de concess. prabend. & decis. 16. de consues. in antiq. Eue-rard. in loco à stylo Curie, num. 1. Hieronym. Gonçal. ubi supr. glos. 6. num. 210. Pyrrh. Corrad. in prax. dispensat. lib. 7. cap. 5. num. 9. in fine.* Et declarat mentem Papæ, prout, testantur Lotter. *de ve Benefic. lib. 1. q. 40. num. 69. in fin. Aug. Barb. de potest. Episcop. p. 3. alleg. 53. n. 50. ubi Rotæ decisiones refert.* Et iste stylus est tam indubitabilis, quod nullus, ex quã pluriim. Doctõribus de his materijs Beneficialibus tractantibus à me visis circa istam controuersiam, affir-met, quod acceptatio Alternatiuæ facta in vno Pontificatu possit ad futurum extendi absque noua recognitione, omittentes istum casum tamquam incogitatum, & cõtra mentem *dist. Reg. 9.* & dis-positionem iuris, & repugnãtem comuni stylo Curie Romanæ.
42. Non latuit prædictus stylus, & quod necessaria esset tempore Dom. Innocentij X. acceptatio perfecta, & completa Alternatiuæ ab eo concessa, prædictum D. Episcopum, & dictum Doctorem Barrientos, ex cuius consilio (prout eius Officiale, & Vicarium generalem) pro quietatione conscientie amborum post prouisionem ordinariam in eum factam, dictus D. Episcopus litteras ac-ceptationis Alternatiuæ à dicto Sanctissimo Innocentio concessæ ad Romanam Curiam misit ad manus Dom. Datarij supplicãdo pro admisione talis acceptationis cum ratificatione, & approba-tione omnium prouisionum antecedentium, quas dictus D. Episcopus fecerat in illo Pontificatu virtute alternatiuæ, quam tem-pore Dom. Urbani acceptauerat; quæ rati habitio, & approbatio non fuit admissa, sed simpliciter, & in forma ordinaria fuerunt re-ceptæ, & recognitæ dictæ nouæ litteræ à Dom. Datario, vt extũc inciperet prædictus Dom. Episcopus dicta alternatiua gaudere in illo Pontificatu, vti constat absque re in contrarium ex depositio-nibus testium dicti Licenciati Mariaca super articulo vndécimo suarum probationum.
43. Neque alicuius moxeriti est dicta clausula de futuro, quamuis eam in formularijs acceptationis alternatiuæ ex suo capite adijciãt. Aug. Barb. *post dictum tract. de offic. & potest. Episcop. formula 91. & Ortiz de Salzedo in Curia Eccles. Hispan. in eadem formula pag. mibi 12. B.*

Nam

44. Nam isti Authorēs non disputant quæstionem præsentem, neque effectum tribuunt dictæ clausulæ, & non apponunt velut per transennam, & solum ex abundantanti cautè, quin ex hoc infringi possit forma acceptationis requisita per dict. Reg. 9. l. non solent. 94. ff. de reg. jur. l. testamentum, C. de testam. Farin. in prax. crim. p. 3. q. 89. num. 125. Rota apud eundem decis. 319. num. 9 p. 1. Cardin. Tusch. lict. A. concl. 67. Gonçal. glos. 6. à num. 26. idem Aug. Barb. explaribus, axiom. 3. num. 1.
45. Nec est curandum de Doctore per functoriè, & velut per transennam, & non disputando loquente. Menoch. conf. 58. num. 53. Bellon. concl. 77. num. 14. Felician. decensib. tom. 1. l. b. 2. cap. 5. n. 17. vers. magis conducte, & tom. 2. lib. 1. cap. 1. n. 6. vers. nec me deceret. Nogueroi. alleg. 24. num. 38. D. Ioann. Bapt. de Larrea decis. 7. an. 7. num. 29. & decis. 8. num. 92.
46. Et minus obstat si objiciatur, quod prædicta clausula debeat aliquid operari, & non esse superflua, nec sine effectu posita, cap. si Papa. de priuileg. lib. 6. Aug. Barb. axiom. 222. num. 11. Aluarez de Velasco lit. V. axiom. 31.
47. Ad quod responderetur, hoc intelligi de verbis positis in aliqua Principis constitutione, vel definitione; secus tamen in Scripturis: & prætere hæc regula variis patitur limitationes, veluti quædo resultat effectus iuri cõtrarius, & alias, quas tradit idè Barb. 4. axiom. 222. num. 24. vel quando subiecta materia aliud suadet. Decius conf. 473. num. 11. Soccin. lun. lib. 1. conf. 45. num. 25. Et vt ex Iafone, & Crauett. resoluit Menoch. conf. 179. n. 20. sæpè supra ca. mea verba scribuntur, & stat sine virtute aliquid operandi. Quomodo obstat prædicta clausula à Barb. & Ortiz in suis formularijs posita absque alia auctoritate, nec fundamento, & solum ex abundantanti, vt diximus supr. num. 44. Præter quàm quod litteræ acceptationis ex aduerso productæ vbi dicta clausula sonat, non fuerunt recognita à D. Datario, nec earum virtute potuit acceptari alternatiua Dom. Urbani VIII. à prædicto D. Episcopo Gadicensi, ex relatis supra num. 21.
48. Probatio ad Aduersario facta cum testibus deponentibus de quasi possessione, & obseruantia tam prædicti D. Innocentij prouidendi de beneficijs vacantibus in mensibus factis Apostolicis per dictam alternatiuam, qui aliàs essent Ordinarij, prout sunt Martius, & September; & quod dictus D. Episcopus se abstineat prouidendi de talibus beneficijs, prouidendo etiam de alijs vacantibus in mensibus factis ordinarijs per dictam alternatiuam

tempore D. Urbani acceptatam; & quod per testes deponētes de dicta quasi possessione, & publica fama probetur alternatiua, ex Castro Palao *d. disp. 2. punct. 2. §. 4. n. 8.* nullius impedimenti est; Hinc enim debili fundamento etiam facilimo negotio fit satis. Primo, quia acceptatio completa alternatiuæ non debet taliter probari, sed ostendendo si sem D. Datarij, quæ ad hunc effectum ab ipso prestari solet Episcopis, alternatiuam acceptatibus; aut per ipsum librum Datarie Apostolicæ, ubi tales acceptationes de scribantur. Gonçal. *ad dict. reg. 8. glos. 62. num. 28.* Garcia *de benef. §. p. cap. 1. num. 499.*

50. Secundo, quoniam solū n admittitur talis testium probatio de quasi possessione, vel fama in casu probandi alternatiuam, quando liber Datarie inueniri non potest. Gonçal. *d. num. 28. ibi: Fes forsan talis liber inueniri nō possit, probatio acceptationis fieri possit per testes deponentes de quasi possessione conferendi in mensibus alternatiuæ trigore concessis.* Et idem eisdem verbis tradit Garcia *d. num. 499.* quos proficitat Castro Palao relatus supra n. 48. qui secundo n prædictos Authores à se allegatos, & in casu, quo liber Datarie inueniri non potest, intelligendus venit, ex recepta Bart. doctrina *in l. non solum. §. l. liberationis. in fine. ff. de liberat. legat. Fario. cons. 96. num. 46.* Cardin. Mantica *de tacte. & ambig. couent. lib. 14. tit. 28. n. 33.* Carleual *de iudic. rem. 2. tit. 3. disp. 8. n. 99.* D. Valenç. Velazq. *tom. 1. cons. 35. num. 10. & tom. 2. cons. 187. num. 106. & cons. 194. num. 10.* D. D. Ioseph Vela *tom. 1. dissent. 13. n. 4. & cons. 24. n. 66. & tom. 2. dissent. 42. num. 149.* ubi plures refert.

51. Et in casu nostro non potest dicta doctrina applicari, cum terminus competens quatuor mensium, & ultra, concessus fuerit dicto Prouiso Ordinario ad eius instantiam, & litteræ Supplicatiuæ expeditæ ad extrahendum de libro Datarie, & presentandū fidem authenticam de acceptatione alternatiuæ dicti D. Episcopi Gadicensis tempore D. Innocentij X. ante prouisionem in Adnerarium factam; & non attulerit, nec presentauerit, quamuis noster Prouisus Apostolicus in eodem termino attulerit testimonium de acceptatione temporis D. Urbani, ut supra diximus *num. 2. 1.* quin constat, quod liber Datarie acceptationum alternatiuarum temporis D. Innocentij X. inueniri non possit, imo potius certum & indubitatum est in eo non esse talem acceptationem à tempore coronationis dicti D. Innocentij vsque ad tempus prouisionis aduersus; & nō est verosimile, quod si talis acceptatio ad effectum defineret extrahere, & presentare fidem de ea in tempore tam

diuturno, prout tredecim annorum, quod iudicatur super isto Beneficio à provisione Apostolica dicti D. Christophori de Torres, qui ab anno 1651. in possessionem corporalem fuit missus, inquietando quam Adversarius habet, seu potius eius intrusionem: quod est argumētum evidens non habere dictum D. Episcopum acceptationem completam, quæ ei suffragari posset in Pontificatu dicti D. Innocentij ante dictam provisionem ordinariam.

52. Neque obstat si obijciatur, quod ex gratia alternatiuæ nihil denouo acquiritur, & quod est remotio obstaculi, & cōseruatiua juris communis Episcoporum, & sic fauorabilis, ex Gonçal. *in proem. 5.6. num. 42. & glos. 43. num. 130. Garcia de benef. 5. p. d. cap. 1. num. 22. som. 1.*
53. Respondetur enim, quod tam retenta veriori opinione antiqua, quam moderna, alternatiua non est tam mera, & simplex remotio obstaculi, quod ex ea nullam lucrum consequatur Ordinarius; sed quasi contractus, eo quod tunc, prout hodie fiebat hæc permutatio mensium inter Papam, & Episcopum, qui lucratur illos duos menses Papæ, Aprilem, scilicet, & Octobrem, nullo alio nisi Residentiæ onore adiecto, vnde eos gratis lucratur. Mohedan. *de res. 3. num. 1. de rescript. & probatur ex eodem Gonçal. d. glos. 43. n. 129. ibi: Ut cum hoc lucro, & augmento.*
54. Et quod ita debeant declarari, & concordari aliæ Rotæ decisiones, quæ dicunt gratiam alternatiuæ esse remotionem obstaculi caulati per reservationem octomēsiū; tenet, & comprobatur cum quadam Rotæ decisione nonisima interminis Aug. Barb. *de pœst. Episcop. p. 3. alleg. 53. num. 42. & melius num. 51. Et reprobatu Gonçal. in d. num. 130. & Paris ab eo citato, tenet etiam Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 40. num. 118.*
55. Nec asserta obseruantia suffragari potest dicto Provisione Ordinario, nam Bullæ expeditæ Eminentissimo D. Cardinali de Lugo à predicto D. Innocentio in principio sui Pontificatus de quodā beneficio ciuitatis de Gibraltar Gadicensis Diocesis; non fuit provisio dicti D. Innocentij, sed D. Urbani VIII. cuius tempore dictum Beneficiū vacauerat, & per eius obitum die vigesimona Iulij; anno millesimo sexcentesimo quadagesimo quarto, antequam Bullæ expeditur; eas expedit dictus D. Innocentius eius immediatus successor sub die coronationis suæ, quæ fuit decimo septimo Kalendas Octobris eiusdem anni millesimi sexcentissimi & quadagesimi quatri. Per Regulam. 10. Cancellariæ Rationi congruit, quæ in quolibet Pontificatu inter cæteras publicatur,

- atur, cuius tenorem in presenti Pontificatu S. N. D. Alexandri VII. refert Pyrrhus Conrad. in *prax. Dispositas. lib. 10. reg. 10. pag. mihi. 494. B.* & sic se habet: *Summi. n. 2. Ho. subd. n. 15*
56. Item valuit idem D. N. Papa, quod concessa per se l. record. Innocentij XI. prodecessorem suum, & de eius mandato, expediantur in forma, Rationi congrua, &c. Sub die coronationis sue, ut moris est, & idem quoad concessa per pie memoria Urbanum VIII. etiam prodecessorem suum ad sex menses duratur ab ipso die coronationis incipiendo observari voluit.
57. Et sic expeditur lunt licet provisionis predictæ, ut constat ex ea u principio, & Data traditio Reboffun *prax. Benefic. p. r. c. de gratia rationi congrua. Azor. v. p. lib. 7. cap. 31. q. 7. Sanchez. de mardina tom. 3. lib. 8. disput. 19. num. 9. Gonçal. ubi supr. gl. f. 12. num. 48. Gratia de benefic. 1. tom. 6. p. cap. 2. n. 334. Castro Palaq de benefic. 1. tra. c. 13. disput. 2. punct. 31. §. 1. com. 1. 3. a qua provisione non debet fieri illatio ad presentem casum dissimilem, ex l. vlt. infra. & ubi Bart. ff. de calum. l. inser stipulancem. §. sacram. ff. de verb. obli. cum concordant traditis à Cabreris de metu lib. 2. cap. 10. n. 37. De Vela differ. 1. num. 38.*
58. Ex quo resultat etiam aliud fundamentum contra dictam Provisionem Ordinariam, nempe, quod quando Episcopus gaudet alternatiua, exprimitur, in literis provisionum Apostolicarum; prout factum fuit in literis dictæ provisionis Beneficij de Gubralcar, ubi mentio fit de alternatiua, qua gaudebat tempore D. V. hani VIII. dictus D. Episcopus Gadicensis. & non asserit in eis quod gauderet tempore D. Innocentij (ut ex aduerso fallaciter allegatur) prout videre est ibi: *Ex gratia alternatiua mensium à Venerabili fratre nostro tunc suo moderno Episcopo Gadicensi iuxta constitutionem predictam acceptata, ipsaq. r. & literis acceptationis huiusmodi à dilecto dilecti Urbani. Datario receptis, & recognitis, venite.* Ex quo rectè arguitur, & inferatur, non habuisse dictam D. Episcopum, alternatiuam completam tempore provisionis suæ in aduersarium factæ in Pontificatu Dom. Innocentij XI. alias exprimeretur in provisionibus Apostolicis ex aduerso relatis factis ab ipso D. Innocentio, quod ita non accidit.
59. Minus suffragatur provisio à dicto D. Innocentio X. facta D. Gaspari Aguado de beneficio nuncupato *del Amarguillo*, eiusdem Diocesis Gadicensis. vacante per obitum cuiusdam Luæ Zorrilla. Nam ex ea provisione potius arguitur contraria observatiã, cum vacauerit eodem mense Februarii anno millesimo sexcentesimo & quinquagesimo, in quo etiam vacauerat Beneficium huius

controuersa, & ab in mense Martij (prout ab aduersario allegatur) & cum dictus D. Episcopus Gadicens. tunc non gauderet alternatiua, nullus nisi summus Pontifex poterat de illo provide-  
 re, quoniam Februarius est mensis reservatus; & constat ex tra-  
 sumpto authentico Bullę dictę prouisionis comprobato ab Emi-  
 nentissimo D. Cardinali Gerardo suę Sanctitatis Datario in ac-  
 tis causa producto a D. Ioanne de Mariaca, ibi: *Per obitum dicti  
 Luca, qui prædicta beneplacito adhuc durante exera dictam Curiam de  
 mense Februario, anni Domini millellesimo sexcentesimo quinquagesimi,  
 dictam vicę clausit extremum, nullusq; de illa, seu illo præter Nos hac vi-  
 ue, disponere potuerit sine possit, reservatione, & Decreto obsequibus  
 prædictis.*

63. Et data dictę prouisionis Apostolica huius Beneficij del Amarguillo, nõ est illius Iouis, anno millellesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo (prout etiã ex aduersa minis fideliter allegatur) sed anno millellesimo sexcentesimo quinquagesimo primo, tertio, a lēdas Februario, prout ex dicta Bulla patet. Vnde si Papa prouidet vti de reservato, & Episcopus se abstinere a prouisione, signum est euidēs quod alternatiua nõ aderat, & quod deberet etiã abstineri a prouisione in Aduersariũ facta vti de Beneficio de eodem mēse vacante. Et quatenus exemplatio cuiusdam Bullę e contrario non iuridicē p̄ducta; & posita in actis causę, vera esset (quod non fateatur Iuxta expressę constat, fuisse factam prouisionem ab eo allegatam per deuolutionem ad Sedem Apostolicam, vt ex clausula demonstratur, ibi: *Et tanto tempore vacauerit, quod eius Collatio iuxta Lateranensis statuta Concilij est ad Sedem Apostolicam legitimē deuoluta, &c.* Vnde nec hoc instrumētum quidquam adiuvat prætensionem Aduersarij, sed potius manifestē contra eum retorquetur.

64. Alia verõ prouisio facta a dicto D. Innocentio in dicto anno millellesimo sexcentesimo quinquagesimo primo Beneficij oppidi de Ueger, eiusdem Gadicens. diocesis in fauorem D. Francisci de Vides, quod vacauerat de mense Septembris, anni millellesimi sexcentissimi quadragesimi noni, qui, alternatiua cessante, esset mensis ordinarius, & ea stante reservatus; minimē etiam suffragatur, quia ibi Papa voluit præuenire Episcopum in illa prouisione, & non contulit Beneficium vti reservatum per alternatiuam, cum stylus Datarię sit quod quando Beneficium prouidetur in mensibus ordinarijs, qui per accentionē alternatiuę efficiuntur Apostolici, ponitur in litteris, *Beneficium vacans in mense Septembris, seu Martij, Episcopo gaudente alternatiua*: vnde si in mense ordinario  
 Papa



Papa prouidit absque prædicta clausula, tunc dicitur prouidere  
præueniendo, vt in terminis firmat Cardinal. Putzús *decis. 59. lib.*  
*3. Addent. ad Greg. decis. 314. n. 6. Gonçal. ad dict. reg. 8. §. 4. proxím.*  
*num. 70. & 71.*

62. Et quod vnde Papa voluerit in dicta prouisione præuenire Or-  
dinarium, patet ex clausula in litteris prouisionis apposita. *Dum-*  
*modo tempore Data presentium non sit alteri specialiter ius quassum,*  
quæ solet apponi in gratia facta præueniendo Ordinarium Colla-  
torem. *Posth. Saunenf. in reg. de iure quassito. q. 1. Baratt. decis. 259. n.*  
*1. & ibi Addent. litt. A. Rota post Potth. de manur. decis. 670. per*  
*rot. & ex alijs diuersis Rotæ decisionibus Garcia de benef. §. p. cap.*  
*1. n. 11. in fine Aug. Barb. de offic. & por. Episcop. p. 3. alleg. 57. n. 11.*

63. Et quod Papa potuerit prouidere in mente ordinario præue-  
nienis, non est dubitandum, cum sit Ordinarius Ordinationum, &  
totius Orbis *cap. cum ita per mundum. 9. q. 3. cap. dudum. 14. vers. nos*  
*igitur. de præbend. lib. 6. cap. per hoc. 17. de heret. eod. lib. Gom. de ex-*  
*pect. num. 14. Anastas. Germon. de indulg. Cardin. §. per quæ sublatis,*  
*num. 80. & 81. Perez de Lara de annuvers. & Capell. lib. 2. cap. 10. n.*  
*24. plenissimè Gonçal. §. 2. proxím. à n. 1. usque ad 51. Garcia de benef.*  
*d. cap. 1. ex n. 8. & 11. vbi ita decisum testatur à sacra Rota, Aug.*  
*Barb. vbi proxímè. num. 10. illíc. Vnde etiam in mensibus, quos Papa*  
*Ordinarijs concessit denouò, non abdicauit totaliter à se potestatem con-*  
*ferendi, ita vt si ipse præueniat, valeat eius collatio, & vt cum Lotte-*  
*rio resoluit idem Barb. ibid. num. 9 non idèò Pontifex detrahât alieno*  
*iuri, sed proprio vtiatur, nec inde modo aliquo turbatur ordo Eccle-*  
*siasticus.*

64. Vnde cum dicta prouisio non sit dereferuata ratione accep-  
tationis alternatiuæ, sed per viam præuentionis, non potest ab  
actu illius prouisionis sumi aliqua obseruantia.

65. Tù n; quia Papa potuit per deuolutionem dictum Beneficium  
prouidere, cum vacauerit de mense Septēbris dicto anno mille-  
simo sexcentesimo quadragésimo nono, & prouiderit post tras-  
cursum plus viginti mensium, vt patet ex Data Bullæ, quæ fuit de-  
cimo Kalendas Maij, anno millesimo sexcentesimo quinquag-  
ésimo primo, quin Ordinarius de illo prouiderit, cum per lap-  
sum annum absque prouisione Ordinarij intra semestrem, nec Me-  
tropolitani intra aliud semestrem, causetur deuolutio ad Sedē Apo-  
stolicam, ex Concilio Lateranens. relato *in cap. 2. concess. præbend.*  
*vbi DD. & expressiùs in cap. licet. 3. de supplēd. neglig. prælat. Cortal.*  
*de benef. 1. p. cap. 7. num. 8. & 4. p. cap. 1. n. 11. Gonçal. in d. Reg. 8. §. 3.*

- proem. num. 3. & s. 4. num. 88. Garcia de benef. tom. 2. p. 10. c. 3. ex num. 1. Castro Palao de benef. tract. 13. disput. 2. puncto. 34 à num. 1.*
66. Nam, vt cum Lotterio resoluit Aug. Barb. *d. alleg. 57. num. 9.* multiplici iure potest Pontifex beneficia disita per totum Orbē in quibus vis Diocesis providere. Primò concursus. Secundò jure deuoluto. Tertio jure p̄uentionis. Quartò jure reseruatiōnis. Quintò denique simplici via juris.
67. Et exinde inferitur non adesse obseruantiam alternatiuę ex parte Pontificis ab Aduersario allegatam, & hæc exemplaria, & prouisiones Apostolicas contra producentē retorqueri; & ei pienè præiudicare. *Aurb. adhac. C. de fid. instrum. Bald. in l. alia. num. 3. C. de his quib. ve indign. Menoch. lib. 2. præsumpt. 45. num. 4. Sard. decis. 277. num. 2. Genua de scriptura priuat. lib. 1. concl. 1. quæst. 4. num. 221. Gratian. discept. tom. 3. cap. 514. num. 26. Pareja de instrum. edit. tit. 1. resol. 3. s. 3. num. 47. & 48.*
68. Prouisio verò ex parte dicti D. Episcopi Gadicens. facta in fauorem D. Clementis Lopez Cabeças de beneficio nuncupato de *Layna* vacante de mense Augusti, anni millesimi sexcentissimi quadragessimi quinti, minus suffragatur. Nam hæc prouisio eodē pede claudicat, ac facta in fauorem Aduersarij, & ita S. N. D. Alexander VII. de illo gratiam fecit, & prouidit in fauorem F. Ancisci Gutierrez Monje, qui actualiter super illo litigium sequitur contra dictum D. Clementem tanquàm intrusum, & in literis Apostolicis huius prouisionis affirmat Summus Pontifex Episcopum prædictum non gaudere alternatiua tempore suę prouisionis, & nulliter, & defacto contulisse, prout constat ex verbis Bullæ, ibi: *Episcopus Gadicens. prætextu gratiæ alternatiuæ mensum per Nos Episcopis apud suas Ecclesias, aut Dioceses suas verè, & personalliter residentibus concessæ, quam tunc tempore vacationis huiusmodi nondum acceperat, illud dilecto filio Clementi Lopez de Cabeças, nulliter, & def. Et contuleris, &c.*
69. Et eandem nullitatem continent quęuis alię prouisiones à dicto D. Episcopo factæ in Pontificatu Dom. Innocentij X. ante acceptationem perfectam, & completam gratiæ alternatiuæ ab eo concessæ, fundante se in acceptatione facta tempore D. Urbani VIII. & sic nullum possunt effectum producere; *ex cap. illud. de jure patron. cap. quod nullum, cap. non præstat. 52. de reg. jur. lib. 6. l. 4. s. condemnatum, ff. de re iudic. cum vulg. & nulla, & non facta parificantur, cap. proueniens. de filijs Præbys. DD. in cap. in præsentia. de prob. Flamm. Paris. de confident. quæst. 46. num. 30.*

Nec

70. Nec est curandum de consilij Diuersorum Iurifconsulorum huius Regni relatis ab Aduersario, asserente in sui fauorē subscrispsisse. Nam quando (absque præiudicio veritatis) hoc verum sit, non erit ab eo fideliter factum narratum, si enim in allegationibus factum variat, quanto magis prælumenandum est in consultationibus? & cum ex facto iurariatur. *l. l. ex plagij. §. 2. s. incliuo. ff. ad leg. Aquil. l. fin. in princip. ff. de iure iur. Costa de fact. sciens. & ignor. inspēct. 16. n. 1. Menoch. conf. 2. num. 208.* Et ex minima facti mutatione ius mutatur, *l. ea est. ff. de reg. jur. l. natura cauillationis, & ibi Alciat. ff. de verb. oblig. Costa ubi proximè, à num. 2. vbi num. 4. id ipsum ampliat, & si unico in puncto varietur factum, Giurb. in consuet. & Lessan. in præm. p. 1. num. 8.* nilmirum, si in eius fauorem subscriperint; præsertim cum non habeant plenam notitiā praxis & styli Curie Romanæ, & obseruantię Cancellariæ Apostolicæ, nam Doctor non potest testificari de stylo, vel consuetudine extra locum vbi moratur, Boer. decis. 315. num. 5. Carleual de iudic. tom. 1. tit. 1. disp. 2. num. 723.
71. Et Noster Principalis habet etiam in sui fauorem varia cōsilia doctissimorum Iurifconsulorum Consistorialium, quos Romanæ consuluit in presenti casu cum vera facti narratione, & demonstratione suæ prouisionis Apostolicæ, prout sunt Eminentissimus, & Reuerendissimus. D. Cardinalis Corradus Datarius actualis suæ sanctitatis, Doctores Antonius Ronchoni, Franciscus Piccolominus, Carolus de Cōmitibus, Stephanus Chrysostomus, & plurimi alij in casu consulti; vti omnes doctissimi, & versatissimi in recenti stylo Curie Romanæ, vt potè ibi morantes, quorum cōsilia originaliter sunt præ manibus Dom. Iudicis.
72. Et debilioris roboris sunt reliqua fundamēta ex aduerso producta; cum sint cōsiderationes diuersorum casuum juris communis ciuilib, quæ ad nostrum non rectè adaptantur, & idè in eis nō in mora nar, nec à dissimilibus potest illatio fieri, *ex l. Papinianus exuli. ff. de minorib. cum relatis supra num. 57.*
73. Ex quibus iustissimè procedit mandatum de immittendo ab Actore petitum; & idem circa fructus, ex seqq.

### Articulus tertius.

74. **C**ondemnatio fructuum à die vacationis petita contra dictum D. Robertum de Barrientos procedit etiam de jure, tam perceptorum, quàm qui percipi potuerunt.  
tenent

tenent Specul. lib. 1. tit. de dispens. s. dicendum restat. num. 23. Innocent. & Abb. in cap. dilectus. nomb. pen. de iure parvorum. & in cap. dilectio. col. 2. de praebeud. Ludouic. Gomez in reg. de annali. q. 23. vers. accedat. oprimè sacra Rota decis. 4. num. 1. de rest. spol. in nouis.

75. Et in proprijs terminis contra Prouisum Ordinarium ex defectu acceptationis completæ gratiæ alternatiuæ referens se ad dictam Rotæ decisionem. Dom. Episcop. Salmant. D. Ioann. Baptista Valença et al. Velazq. tom. 2. d. conf. 128. num. 109. ibi: *Ex quibus resultat non solum fouere iusticiam dictum Petrum de Castro; sed D. Alphonsum Couarrubias debere condemnari ad restitutionem fructuum, quos in debite percepit ex dicto Beneficio; nam possidens ex prouisione Ordinarij Beneficium seruatum, non facit fructus suos; imò & posse condemnari in fructibus qui percipi potuerunt: ex autoritate Rotæ.*
76. Et in fine dicti conf. 128. num. 151. ita concludit. *Ex quibus omnibus resoluo quod de iusticia debet exequi gratia dicti Petri, & illi conferri Beneficium, amoto dicto D. Alphonso, & fructus restituere compulso. Et quotidie ita decidit Rota, prout expertus fuit pariter cum expensis, idem D. Ioannes de Mariaca in vna Calagurritana in sui fauorem obtenta Beneficij oppidi de Haro coram D. Priolo de anno 1653.*
77. Quare in executionem Literarum Apostolicarum à dicto D. Ioanne Lopez de Mariaca productarum procedit absque dubio suam intentam, & immittatur in corporalem possessionem dicti Beneficij Metinensis; condemnato dicto Doctore D. Roberto Ramirez de Barrientos, & restituere compulso fructus omnes tam perceptos ab eo, quam qui percipi potuerunt, simul cum expensis, & sic iudicandum est. Saluo, &c. In Patria Gadibus, die 24. Martij, anno 1664.

*Licent. D. Alphonsus  
de Tolosa.*